nec sese a gremio illius movebat,
sed circumsiliens modo huc modo illuc
ad solam dominam usque pipiabat.
Qui nunc it per iter tenebr<ic>osum
illuc, unde negant redire quemquam.
At vobis male sit, malae tenebrae
Orci, quae omnia bella devoratis;
tam bellum mihi passerem abstulistis.
O factum male! o miselle passer!
Tua nunc opera meae puellae
flendo turgiduli rubent ocelli.

4

Phasellus ille, quem videtis, hospites,
ait fuisse navium celerrimus,
neque ullius natantis impetum trabis
nequisse praeterire, sive palmulis
opus foret volare sive linteo.
Et hoc negat minacis Adriatici
negare litus insulasve Cycladas
Rhodumque nobilem horridamque Thraciam
Propontida trucemve Ponticum sinum,
ubi iste post phasellus antea fuit
comata silva; nam Cytorio in iugo

3, 9. *circumsiliens* R^2 G^2 O^2 D: *circum silens* V 10. *pipiabat* codd. Brix. VII, 7 Harl. 2574 in marg.: *piplabat* V *pipilabat* D ζ η *pippilabat* B. Guar. 11. *tenebricosum* Parth.: *tenebrosum* V *tenebriosum* Ven. 12. *illuc* D^2 O^2: *illud* V 14. *Orci quae* G^2 R^2: *orcique* V | *bella* V: *pulcra* G^2 O^2 16. *O* R^2: *bonum* V | *o miselle* η Parm.: *bonus ille* V *bellus ille* R^2; hunc versum spurium iudicat Dahlén
4, 1. *ille*: *iste* Censorinus (cf. v. 10) 2. *ait* Calph.: *aiunt* V | *celerrimus* Parth. ex Catalepton 8,2: *celer(r)imum* V 3. *ullius* Calph.: *illius* V | *impetum trabis* Avant.: *trabis impetum* Calph. *impetum tardis* V 4. *nequisse* θ: *neque esse* V 4-5. *sive... sive* R^2: *sine... sine* V 6. *minacis* R^1: *mina ei* V 7. *insulasve Cycladas*: *insula vegeladas* O 8. *Thraciam*: *traciam* R^2 *tractam* V *tracem* D^2 9. *sinum*: *simam* O 11. *Cytorio* η: *citeorio* (*-no* O) V *citherio* R^2

mai che si scostasse dal suo grembo
e, saltellando intorno qua e là,
cinguettava sempre, solo rivolto alla sua padrona.
Ora procede per una strada oscura,
là donde si dice che nessuno torni.
Maledizione a voi, maledette oscurità infernali,
che inghiottite ogni cosa graziosa:
un passero così carino voi m'avete rapito.
Che brutta azione! Che passerotto infelice!
Ora per colpa tua, gonfi di pianto, sono arrossati
gli occhi soavi della mia ragazza.

4

Il vascello che voi, visitatori, avete avanti agli occhi
dice che fu la più veloce fra le imbarcazioni,
mai si lasciò superare dall'abbrivo
di qualche altro fasciame galleggiante, sia che con i remi
ci fosse da sfiorare le acque sia con la vela.
Non osano negarlo le sponde del mar Adriatico
in piena tempesta, le isole Cicladi,
la rinomata Rodi, la Propontide tracia dai brividi di freddo,
e il racchiuso mar Nero inospitale,
dove questo, che poi fu vascello, era prima
una foresta frondosa, tanto che spesso

3, 12. Senec. Apocol. 11, 6: « *unde negant redire quemquam* »; CLE 1504, 11: « *unde fata negant redire quemquam* » 16. CLE 1512, 7: « *o factum male, Myia, quod peristi* » 17. Schol. Iuven. 6, 8: « *tua nunc... turgiduli... ocelli* »; Martial. I 109, 1; VII 14, 3 sqq.; XIV 77
4, 1-27. [Verg.] Catalept. 10 1. Schol. Bern. Geor. IV 289: *phaselis, genus navium pictarum. Sicut* « *phasillus ille quem aiunt* † *auctorem* † *esse navium celerrimum* »; Terent. Maurus 2276: « *phaselus... hospites* »; Marius Victor. 134, 10 Keil; August. de Musica V 4, 5; 6, 11; 8, 16: « *phaselus... hospites* », *primum membrum habet* « *phasellus ille* »; Censorinus, de metr. 612, 18 Keil: « *phaselus iste... hospites* »; Schol. Lucan. V 518: « *phaselus... hospites* » 5. Lucr. IV 390: *velis... volamus*